



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 22. Cur solum Paschate, vel pentecoste baptismus celebraretur, & loca, qua baptismi alias administrati meminerunt, explicata, vel reiecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

Car solum Paschate, vel Pentecoste baptismus cele-  
braretur: & loca, que baptisimi alias admi-  
nistrati meminerunt, explicata,  
vel reiecta.

## C A P . XXII.

**Q**uid vero fuerit causæ, hæc cur solūmodò tempora catechumenis baptizandis ele-  
cta essent: & nihil oportunius afferri posse exi-  
stimo: quam, quod his præcipue baptismus congruebat, qui quoniam Christi mortem, &  
resurrectionem refert: Christusque Dominus  
celesti beatitudine donandos, ex aqua, & spi-  
ritu renasci oportere, pronunciauit: <sup>Prima cau-</sup>  
tunc potissimum baptismum fuisse cōferendum, in Pascha-  
quādo & christus animā deo reddidit, rursusq; te, vel Pen-  
ad vitam, effractis mortis repagulis rediit: & tecoste ad-  
Spiritus sanctus singulari munere in Aposto-  
los lapsus est. Proinde Tertullianus lib. de  
bapt. cap. 19. diem, inquit, baptismō solemniorēm  
Pascha prestat: cum & paſſio Domini, in qua tinge-  
mur, adimpta est, nec incongruenter ad figuram Figura ba-  
interpretabitur, quod, cum ultimum Pascha Do- ptismi in  
minus effetur, missis discipulis ad preparandum raschate  
inuenietis, inquit, hominem aquam bainulanten: celebrandi.  
Pascha celebrandæ locum de signo aquæ ostendit:  
exinde Pentecoste ordinandis lauacris latissi-  
mum spatiū est, quo & Domini resurrectio in-  
ter discipulos frequentata est, & gratia spiritus san-  
cti dedicata, & specadaentus Domini subostensa.

Iij

132 *De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.*  
Vbi tam Paschate, quam Pentecoste baptiza-  
di rationem clarè explicatam esse, intelligi-  
mus. Et S. Basilius Magnus exhortat, ad bapti-  
ex Paschatis solennibus, quæ tunc agebantur  
orationis suæ momenta deducit; quod nim-  
rum ea dies Christi reviuissentis memoriam  
nobis renouet, ac baptismus à peccati mon-  
ad vitam spiritualem nos traducat, sicut ipsius  
verba demonstrant: quod tempus baptismi mag-  
natum est, quam Paschalis dies? quod et lux  
surrectionis monumentum quoddam existat, ba-  
ptismi namque ad resurrectionem facultas quadam  
arraboque est, resurrectionis ergo gratiam in die  
surrectionis excipiamus. Atque id etiam longe  
clarius explicauit Leo Pontifex Epistol. 4. a  
vniuers. Siciliæ Episcop. cap. 3. vt qui ad fidem  
Christianam, & sacrorum rituum mysteria po-  
pulum informare, omni studio contendere.  
Nam, cum de baptismi sacramento multa dis-  
seruisset, ad extremum concludit: in morte ca-  
cifxi, & in resurrectione ex mortuis, potentia bapti-  
mati nouam creaturam condit ex veteri, ut inni-  
nascientibus & mors Christi operetur, & vita, de-  
cente beato Apostolo Paulo: an ignoratis, quia qui  
cunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte  
epsius baptizati sumus? Concepulti enim sumus cum  
ille per baptismum in mortem, ut, quomodo surrexerit  
Christus à mortuis per gloriam patris, ita & noi in  
nonitate vita ambulemus. Si enim complanari  
facti sumus similitudini mortis eius, simul & resur-  
rectionis erimus. Et cetera, quæ latius magister genit  
ad commendandum sacramentum baptismati, dis-  
putauit: ut appareret, ex huius doctrina spiritu

regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adop-  
 tando, illum diem esse, & illud tempus electum, in  
 quo per similitudinem, formamque mysterij, ea  
 que geruntur in membris, his, que sunt in ipso capite  
 gesta, congruerent: dum in baptismatis regula &  
 mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam  
 triduanam imitatur tria demersio, & ab aquis  
 eleuatio, resurgentis est instar de sepulchro. Ipsa igitur  
 operis qualitas docet, celebranda generaliter gratia  
 eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus  
 inueneris, & species actionis. Ad cuius rei confir- March. 28.  
 matiōnē plurimum valer, quod ipse Dominus Ie-  
 sus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis, dis- Christus  
 pulis suis, in quibus omnes Ecclesiarum Presules do- quare bap-  
 cebantur, & formam, & potestatem tradidit bap- tismi for-  
 tificandi, dicens: euangelie docete omnes gentes, bapti- mā post re-  
 zantes eos in nomine Patris, & filij & Spiritus Sancti, surrectionē  
 tradideris. de quo utique eos etiam ante passionē potuissent instrue-  
 re, nisi proprie voluisse intelligi, regenerationis gra-  
 ciam ex sua resurrectione ceperisse. Additur sane huic  
 obseruantiā etiam Pentecostes, ex aduentu Spiritus  
 Sancti sacra solennitas, qua de Paschalī festi pendet  
 articulo. Et, cum ad alios dies alia festa pertineant,  
 haec semper ad eum diem, qui resurrectione Domini  
 est insignis, occurrit, porrigenz quodammodo auxili-  
 antis gratia manu, & eos, quos à die Pascha aut  
 molestia infirmariatis, aut longinquitas itineris, ane-  
 nauitationis difficultas interclusit, inuitans, vt qui-  
 baslibet difficultatibus impediti, desiderij sui effe-  
 ctum dono spiritus Sancti consequantur. Ipse enim  
 unigenitus Dei in fide credentium, & in virtute  
 operum nullam inter se, & spiritum sanctum Ioan. 14.  
 volunt esse distantians, quia nulla est diuersitas in

I. iii

134 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

natura, dicens: ego rogabo Patrem, & alium par-  
cetum dabit vobis. Cum itaque veritas Christus fu-  
& spiritus veritatis, spiritus Sanctus, nomenque pa-  
radeti utriusque sit proprium, non dissimile est festum

vbi unum est sacramentum. Hac tenus Leo, ad quod  
locum Glossa in Gratian. de consecrat. dist. 4  
cap. 13. authoris mente egregie assecuta, allatam  
rationes ad certa capita rediget; que fidei, &  
perspicuitatis gratia hic subiiciam: questione

(inquit) fuit à Leone, quare solennis baptismus cele-  
bretur tantum in Pascha, & Pentecoste, & non  
festo Epiphania quando Christus fuit baptizatus: qui  
respondet, de Pascha triplicem rationem assignandi.

Vna est, quia plena potestas datur a baptismō in morte  
Christi, & resurrectione. Alia est, quia in baptismō

representatur mors Christi, & resurrectione. Tertia est,  
quia postquam Christus resurrexit, baptizandi for-  
man discipulis tradidit, & gentes baptizare preau-  
dit. De festo autem Pentecostes multiplex ratio asig-  
natur: quia tunc Spiritus Sanctus in Apostolos veni-

tur. Sicut illa die venit in baptizatos: & quia hæc solen-  
nitas pendet ex Paschali solennitate, ideo semper  
celebratur die Dominica: & quia illi, qui in Pascha  
baptizari non potuerunt, ex aliquo impediti, in illa

die baptizentur, & hoc ad imitationem D. Petri, qui  
in eodem die tria hominum millia baptizavit, quis  
ad fidem conuertit. Vualfridus etiam Strabo id  
ipsum docuit lib. de reb. Eccles. cap. 26. Nam,  
cum baptismi ritus accuratè prosequeretur,  
ac statutorum temporum rationem redderet;  
tum Christi Domini mortis, quā refert, tum  
eiusdem sententiae, qua, ad æternā, & beatam  
vitam solummodo aqua, & spiritu aditum

Paracleti  
nomen fi-  
lio & Spi-  
ritui san-  
cto pro-  
prium.

Triplex  
causa, qua-  
re bap-  
tismus na-  
turaliter ad-  
ministratur  
rare.

Baptismi  
Penteco-  
stes multi-  
plex ratio.

patere, pronunciauit, meminit his verbis: quia  
vero secundum Apostolum in morte Salvatoris bap-  
tizamur, & ipse Dominus, intraturos regnum cœlo-  
rum, ex aqua, & spiritu sancto renasci oportere, de-  
monstrat; congrue à Prelibus Romanorum hæc duo  
tempora sola ad celebrationem prefixa sunt baptisma-  
tis, id est, Pascha & Pentecostes, quorum una passio  
Domini, & Resurrectio, alteri aduentus celebratur  
spiritus sancti. Sed ex ijs, quæ attulimus, aliæ  
quoque congruentes, & aptæ veteri instituto  
rationes colligi possunt; vt illæ: baptizandi  
formam Paschæ tempore à Christo Domino <sup>Aliæ causæ</sup>,  
institutam: Pentecoste Apostolos gentibus cur bapti-  
baptismum tradere cœpisse: S. Petrum vitali <sup>mus Pa-</sup>  
<sup>chate, &</sup> fonte tria hominū millia expiassæ: cœlestis gra-  
tiae munera, quæ in baptismō dantur, largius <sup>Pentecoste</sup> cœfretur.  
effusa: ac Spiritum sanctum ad nostram sancti-  
tatem, vel conferandam, vel tuendam æquie,  
ac filium concurrere. Quarum plerasque alij  
etiam scriptores tradiderūt: vt Rabanus Mau-  
rus li. 2. de Institut. Cleric. cap. 41. dum Sabba-  
ti Pentecostes ritus, ac ceremonias enumerat:  
in sabbato autem sancto Pentecostes, sicut in sabbato <sup>Pentecostes</sup>  
sancto Pasche, baptismus celebratur. Bene quoque se <sup>sabbatum</sup> sanctum, à  
sabbatum sanctum Pentecostes simili celebrationē veteribus  
sabbato sancto Pasche veneratur; quia ipse unigenitus appellatū  
tus Dei filius in fide credentium, & in virtute operum,  
nullam inter se, & spiritum sicutum voluit esse di-  
stantiam: quia nulla est diuersitas in natura &c. Et  
Concilium Triburiense cap. 12. cuius verba ante  
retulimus, ut ea nunc repetere, non sit necesse.  
Quin etiam Hugo à S. Viæt. lib. de speciali.  
Miss. obseruat, cap. 35. sui iudicij calculum

I iiiij

adiecit: ubi de Pentecostes baptismō loquitur,  
ait enim: in vigilia Pentecostes celebratur bapti-  
mus, eo quod Dominus ascensurus in cælum, promi-  
discipulis suis, dicens, baptizabimini spiritu sancti  
non post multos hos dies, scilicet post decem, quod ex-

factum est. Hac de causa celebrat Ecclesia baptismum  
decima die post Ascensionem, ut catechumeni nō  
baptizentur spiritu sancto, sicut & ipsi Apostoli.  
Paschatis, & Pentecostes baptis-  
mum con-  
gruum fu-  
isse ostendit.

Probabiles alia ratio-  
nes, quibus Quibus si quis addat, eo quod paschatis tem-  
& Pentecostes baptis-  
mum con-  
gruum fu-  
isse ostendit. peregerat, sic eodē nostrae religionis primitias  
æterno numini pia celebritate, ac cæremonia  
consecrati, consentaneum visum esse: libenter  
ego illius sententiae subscripterim. Quo fit, vi  
mirari satis non possim, \* Vualfridum Strabonem, alias virum notæ sapietiae, & eruditio-  
nis, eo vel temeritatis, vel erroris delapsum esse: vi  
baptismum Paschatis, & Natalitiorum Christi,  
dempta pentecoste, Synodo Gerundensi titu-  
buere ausus fuerit: cū potius in ea paschatis, &  
pentecostes baptismus magnopere cōmēderetur:  
sicut ex cap. 4. paulo supra probauimus. Nec  
obest, quod Victor Uticensis lib. 2. de persecut.  
Vandal. Ioannes Moscus cap. 214. prat. spiri-  
tual. & S. Ioannes Damascenus in Iambic.  
Tetraст. de Epiphan. baptismi in Epiphania  
collati meminisse videntur. Nam, cum id a

*a lib de  
Eccles cap.  
26.*

Pontificibus, & Concilijs plures yetitum fuerit: palam est, in sola Pascha, & Pentecoste olim baptismum legitimè ministrari solitum fuisse.

baptismum in Thessalia solum Paschatis tempore collatum esse; vestigium in Paschate, & Pentecoste baptizandi adhuc durare; & quando, quibusue causis hec consuetudo desierit.

## C A P. XXIII.

NON inferior tamen, in Thessalia, dempta Baptisma in solo Paschate in brando baptismati congruens esse visum. Cu- schate in Thessalia ius mihi author est Socrates lib. 1. hist. cap. 21. olim in cùm inquit: aliam præterea consuetudinem in Thes- vnu. salia esse cognoui: nimirum ut diebus festi Paschatis duxaxat baptizent: ob quæn causam omnes, pa- cies admodum exceptis, absque baptismate moriun- tur. Quod etiana Nicephori Callisti testimoniū confirmat lib. 12. histor. Eccles. cap. 34. his verbis: alius item in Thessalia mos fuit, ut Pa- schalibus tantum diebus baptismus perageretur: quapropter multi etiam eo sacramento non initiati decesserunt. Verum hic ipse ususne potius, Baptismi an abusus fuerit, aliorum malo esse iudi- in pascha- cium. Apud nos sanè veteris consuetudinis te, & pen- tecoste ve- multa inditia sunt. Nam Author antiquitat. stigia du- Luturgicar. tom. 3. de Sabb. sanc. tradit, mul- rant.